cōſequēter nec agere poſſunt ꝓ eo ꝙ poſſidere nō pñt de cle. exc. mi.
ſi celebrat idē ſi velint agere in ſpūalibꝰ ꝓ alijs. eadē rōne: ſed ſi agere
voluerit nō iure ꝓprio: ſed mādato aliorū bene pñt agere in iudicio
quia nō ſunt hoīm cōmunione priuati. ſ. eo. a nobis. habes plura ex
glo. primo qδ ſuſpenſio ab officio ⁊ beneficio equipollet priuationi
ſed de hoc dic. de eta. ⁊ qua. cū bone. ⁊ de coha. bone. ſicut per Inno.
⁊ Hoſti. Scdō habes effectū ſuſpenſionis mirabilē: qꝛ ⁊ in tēporali
bus ⁊ ſpūalibus repellit quē ab agendo: qñ eſt ſuſpenſus ab officio
⁊ beneficio inquantū agit nomine eccleſie iure ꝓprio: ⁊ in ſpūalibus.
Inquantum etiā agit noīe alieno nō inquantū in tēporalibus agit
nō iure ꝓprio: ſed tanꝗ̄ ꝓcurator noīe eccleſie. Item qδ pro eo quis
nō poteſt agere: qδ nō pōt poſſidere. per que dicebat Pe. ⁊ Ab. hic
qδ laicus nō pōt eſſe ꝓcurator in cauſis ſpūalibus qδ eſt falſum ho
die de ꝓcur. c. j. lib. vj. ſ. de elec. cū vintoñ. puto ſuſpenſum a benefi-
cio nō poſſe agere noīe proprio: ⁊ iure ſuo qꝛ priuatꝰ eſt adminiſtra-
tione: ⁊ ſic ſua non intereſt. vt no. in. c. cū vintoñ. de ſuſpenſo ab offi-
cio penſo qδ temporalia agere nō poſſit: quia nō video ipſum priua
tum adminiſtratione temporaliū cauſas etiā alias ſpirituales age-
re pōt in iudicio: qꝛ iſta nō annectunt̄ ordini niſi cauſam electionis
quam qꝛ facere nō poteſt: ⁊ qꝛ dependet ab officio agere non pōt: qꝛ
nō intereſt: ⁊ ſic reſtringo glo. Alio modo pōt intelligi decre. ⁊ ceſſa-
bunt iſte difficultates. ⁊ hic iſti nō repellebant̄ ab agendo: ſed repel-
lebantur ab actu electionis: ⁊ ſic. hic eſt caſus qδ ſuſpenſi ab officio:
⁊ amoti a beneficijs ſuis nō poſſunt eligere: ideo exigit̄ abſolutio ad
cautelam: qñ cōtendunt de nullitate. ⁊ hūc vt verū tetigit gl. in ſi.

1 ☞ Excōmunicationis exceptione non repellitur quis a proſecu-
tione appellationis.
2 Excōicatio lata in vniuerſitatem valet.
3 Appellans excōmunicatus auditur appellationem in iudicio ꝓſe-
quens maxime quando eſt poſt appellationem excōmunicatus. ⁊. j.
c. proximo. nu. 8.
4 Excōmunicatus poteſt reſcriptuʒ impetrare in omni cauſa in qua
ipſe in iudicio auditur.
5 Reſcriptum ad lites licet de proceſſu facere debeat mentionem ⁊ re
bus ſuper quibus factum tamen in cauſa appellationis obtentum
non eſt neceſſe quod in eo exprimantur attentata ⁊ innouata appel
latione pendente facta.
6 Libelli forma ſuper attentatis que ſit.
7 Attentata ⁊ innouata an ſint indifferenter retractanda appellatio
ne pendente vt diſcuſſa appellatione attentari ꝑmittatur.
8 Appellationis grauamem dʒ exprimi corā iudice a quo vt nō ſuffi
ciat a ſufficienti grauamine appellare.
9 Appellare vbi non ſufficit a ſufficienti grauamine ſed debeat expri
mi cauſa coram iudice a quo que erunt ꝑtes iudicis ad quem.

1 Dilecte in chriſto. ¶ † Per exceptionē
excōicationis a proſe
cutione appellationis q̄uis nō repellitur. In prima ap-
pellantis narratio. In ſcd̄a appellationis cōmiſſio. ibi.
2 quo circa. ¶ † No. ꝙ valet excōicatio lata in vniuerſitatē. de quo de
3 ſen. exc. romana. §. in vniuerſitatē. lib. vj. ¶ † No. ꝙ excōicatus audi
tur appellans: ⁊ appellationē ꝓſequens in iudicio: ⁊ maxime qñ eſt
4 excōicatus poſt appellationē q̄ nulla cōtendit̄. ¶ † Not. ꝙ in omni
cauſa in qua excōicatus audit̄ agēs in iudicio: vel excipiēs in omni
illa pōt impetrare delegati reſcriptum. ⁊ valet reſcriptū ⁊ delegatio.
5 ¶ † No. ſm̄ Jo. ⁊ Hoſ. ꝙ lʒ ſit facieda mētio in reſcripto de ꝓceſſu.
de re iudi. inter mona. ⁊ de ſerie negocij. de coha. cle. ſup eo. de rebus
ſuper quibus eſt actū. de do. ⁊ cōtu. ex literis. de exceptione prepoſi-
ta in primo iudicio. de ꝓcu. in noſtra. in his tamē que poſt ap. ſiunt.
vel poſtea innouant̄ hoc fieri nō pōt: nec dʒ cū enim ꝑ appellationē
receſſerim a iudice nō teneor ſcire quid ipſi faciūt: vnde nō facta mē-
tio de illo valet reſcriptū. vt hic. ⁊. j. de cōfir. vti. vel inuti. bone. ⁊ di

cit hic. Phi. qδ ſicut de literis que ſunt nulle nō eſt neceſſaria facien
da mētio: ita nec de excōicatione que nulla eſt. vt hic. in quibus aūt
caſibus excōicatus impetret. habetur in. c. j. de reſcrip. li. vj. hic In-
nocen. ⁊ Hoſtien. tractant aliqua de materia reuocationis attenta-
torum: de quo inquantū vel ab interlocutoria vel diffinitiua iterpo
nitur recurrendū eſt ad glo. ⁊ Jo. an. in. c. nō ſolum. de app. lib. vj. de
6 appellatione extraiudiciali dixi. ſ. eo. cum inter. † Quare de forma
libelli ſup attētatis. dic qδ forma eſt. Peto dn̄e iudex reuocari quic
quid factū eſt poſt talem ſententiā a qua appellaui: ⁊ ne aliquid pre
textu illius ſentētie attentet̄ cōtra me quādiu pendet cā ⁊ tēpora ap
pellatiōis mee: ⁊ quādiu ꝑ vos fuerit appellatio diffinitiua ad hoc:
qꝛ ⁊ talia dʒ iudex facere ex officio ⁊ ideo procedit petitio. vt. d. c. de
ap. nō ſolū. lib. vj. nō ob. iudicē appellationis ꝓnūtiare debere bene
vel male appellatū. C. de ap. l. eos. qꝛ illud verū in ꝑncipali. iure aūt
acceſſori hec petitio admittit̄. ad hoc de of. dele. c. j. ⁊. c. prudentiā. §.
ſi. nō ob. qδ ſi poſtea ꝓnuntiet̄ appellatio illegitima renouabunt̄ at
tentata. ⁊ ſic obſt. l. cū ex cauſa. ff. de app. qꝛ reſpōdet vt no. glo. de ap.
nō ſolū. lib. vj. in vlti. glo. in ſi. Cauere tñ dʒ ſm̄ Guil. qui dat libellū
ſup cā appellationis qñ petit ante oīa reuocari attentata ꝗ̄ lis cō
teſtetur. de quo in Spec. de ap. §. pe. ad ſi. ⁊ verius eſt qδ no. de app.
7 non ſolū. lib. vj. ſup verbo ante oīa. ¶ † Quero an indifferenter ſint
retractāda attētata ap. pē. dicit hic Inn. qδ oīa q̄ litis pendētia affi
cit impedit appellationis pendentia: ſed nō illa q̄ non afficit. igit̄ ſi
agitur actione ꝑſonali vt exempto: vel cōſimili ſi rex petita alienet̄:
nō reuocabitur alienatio. nō ob. iura. que dicunt nō innouandū ali
quid lite pen. qꝛ intelligenda ſunt: qñ aliquid innouat̄ cōtra ſtatum
ſed hic nō immutat̄ ſtatus litis nec illi preiudicat̄ ſi res alienet̄: quia
nō afficitur res ꝑ actionē que nō dirigit̄ in rem: ſed in perſonā q̄ pſo
na condēnari pōt ſicut prius. Nec ob. in aut. vt nulli iudi. §. ſup hoc
aut. ⁊. §. iubemus. ⁊. §. ꝑce. ⁊ ſeq. col. ix. que ꝓhibet poſſeſſionē rei pe
tite ab vno litigantiū in aliū transferri: qꝛ reſpicit iudicē nō litiga-
tores. vt ibi ptʒ: ⁊ ſic regula appellatione pen. ſi. q. vj. appellatione.
ſuppleri debet ꝑ iudicem. vbi vero agitur reali fatet̄ Innoc. qδ non
valet alienatio nō ea ratione qꝛ pendeat appellatio: ſed qꝛ res eſt liti
gioſa. ¶ † No. hec vltimū qꝛ ſentit quod tunc nō currat remediū ap
pellatione pen. quod puto falſum. Hoſt. dicit qδ regula ap. pen. re
ſpicit etiā partes ne aliqd innouent in cā ad preiudiciū aduerſario-
rum ad minus violenter nec mirū: quia etiā nec nulla lite vel ap. pē.
nō datur licētia parti inuadēdi poſſeſſionē: imo per ius ꝓhibet̄ ex-
preſſe. C. vnde vi. ſi quis in tantam. xvj. q. vl. c. j. ff. qδ met. cau. extat:
fortius ergo prohibetur ap. pen. de materia litigioſi dic vt lite pen.
eccleſia. ⁊ vide de conſti. cum. M. in glo. diuerſa ⁊ glo. ſe. ⁊ de elec. du-
8 dum. ij. in glo. nunquid. ¶ † Oppo. qδ nō ſufficiat appellare. ex ſuf-
ficienti grauamine. j. de ap. vt debitus. glo. fatetur ꝙ debet exprimi
corā iudice a quo. ¶ Oppo. litera dicit iuxta prioris noſtri manda-
ti directi ad priorē de germine: imo videt̄ qδ nō fuerit primū immo
primi iudices fuerunt prior de angle. So. dic qδ primū fuit reſpectu
iſtius vltimi licet reſpectu primi fuerit ſcd̄m vel tertiū per reſpectuʒ
ad illud directum ad abbatem ſancti Benedicti. ¶ No. glo. pro teſti
9 bus cōcordādis ad qδ de elec. cum vintoñ. ¶ † Querit glo. que erūt
partes iſtius lincoñ. decani vltimo dati. dicit qδ poſtquam ſibi con-
ſtiterit de appellatione prioriſſe: ⁊ eius iuſticia quod fuerit cauſa al-
legata pronunciata illegitima ipſe debet cognoſcere de eo quod pri
or de germine habebat cognoſcere ſcilicet an appellatiōe monacho
rum fuerit legitima vel non. inquantum appellauerunt ad priorem
de angle: ⁊ ſi inueniſſet monachos legitime appellaſſe procederet.
Si minus legitime ꝯdēnabit priorē ⁊ ꝯuentum ad expēſas reſtituē-
das prioriſſe ⁊ remittit partes ad priorem de angle: vt hic dicit: quia
illa eſt forma appellationis que interponitur a grauamine. j. de ap.
vt debitus. ⁊ ille prior de angle poſtea cognoſcet de appellatiōe: ſibi
commiſſa interpoſita ab abbate ſancti benedicti. placet glo. Joan.
and. quicquid ſenſerit Hoſti. ⁊ dicit qδ hec eſt intentio glo. ſi quartꝰ
iudex qui fuit decanus inuenit appellationem monacharum: non
eſſe legitima remittet ad tertios iudices ad priorē de germine: ⁊ cuʒ
iudices: niſi ſit delatum. Si inuenit appellationem legitimam. tunc
ſubrogabitur loco illorum iudicium: a quibus eſt vltimo appellatū
⁊ ſic loco prioris de germine ⁊ tunc examinabit appellationeʒ inter
poſitā a priore de angle per monachos ſi inuenit male appellatum:
remittet partes ad priorē de angle. Si aūt inuenit bene appellatuʒ
tunc facit qδ facere debebat prior de angle: qui ſecundus iudex cum
iudicibus. quia debebit ſcd̄m Jo. and. cognoſcere de appellatione
interpoſita a primis iudicibus ſicut debebat cognoſcere ſecūdus niſi
fuiſſet impeditus ⁊ ſic inueniat illegitime a primo appellatum ad
illuʒ remittet: ſi inueniat bene appellatū cognoſcet de principali: in
propoſito ergo caſu: poſito qδ narrata ſint vera qδ iſte poſt appella-
tiōem legitimā fuerint excōmunicate ꝓnūtiabitur a tertijs iudicibꝰ
bene appellatum per moniales ⁊ demū cognito de appellatione a
ſecundis pronūciabitur illos monachos male appellaſſe: ⁊ remittit
ad priorē de angle qui ſunt ſcd̄i. ⁊ illi ſcd̄i cognoſcent de appellatiōe
a primis. i. ab abbate interpoſita: ⁊ ſi inueniant bene appellatum:
cognoſcent de principali ſecunduʒ Jo. and. qui bene dicit.

1 ¶ Actoꝛ qñ nõ dꝫ repelli exceptione excõicationis a ꝓſecutione
appellationis etiam originalis.nu.8.et.9.
2 Excõicari poteſt capitulum eccleſie.
3 Sententia põt pro parte confirmari ⁊ pro alia parte ab eadem ap-
pellari quando continet diuerſa capita.
4 Sententia quomodo formari debeat contra excõmunicatum in iu-
dicio agentem.
5 Appellatio quo caſu cõmittitur iudici a quo.nu.14.
6 Inſtitutionis ius ſeu prouiſio beneficij quo caſu ad epiſcopum de-
uoluatur.
7 Appellare quando quis poteſt a ſententia pro ſe lata.
9 Excõicatus appellationis lꝫ videatur actoꝛ in quibus dicatur ꝓſe-
qui poſſe ius ſue appellationis.
10 Appellationem an poſſit ꝓſequi procuratoꝛ excõicatus vel nõ ex-
cõmunicatus an teneatur de illa ꝓſequenda vbi appellationẽ emi-
ſit me preſente vel me abſente nomine tamen meo.
Procuratoꝛ an teneatur ꝓſequi appellationeꝫ etiam ſi excõicetur
tempoꝛe quo appellatio interponitur.
11 Excõmunicatus an poſſit petere reſtitutionem in integrum aduer-
ſus ſententiam a qua appellauit:⁊ an impetrãs audiatur vel proſe
quens ſuper nullitate.nu.13.
12 Sententia excõicationis an tranſeat in rem iudicatam vt non poſ-
ſit reſtitui aduerſus illam.
13 Reſtitui an poſſit excõicatus aduerſus ſententiã contra ſe latam vt
impetrans vel proſequens audiatur.

1 **Significauerunt.** ¶ † Per exceptionẽ excõicationis a proſe
cutione appellationis etiã originalis actoꝛ repelli nõ dꝫ
Prima pars ponit querelã appellãtis.Scda inſtruit iu
2 dicem a quo.ibi.mandamus. ¶ † Not.capitulũ poſſe excõicari: qḋ
3 intellige vt hodie.de ſen.excõ.romana.§.in vniuerſitatẽ. ¶ † No.ꝙ
ab eadẽ etiã ſententia in diuerſis articulis põt vtraqꝫ pars appella-
re:⁊ põt quis pro parte appellare:⁊ pro parte confirmare. ¶ No.ꝙ
excõicatus auditur in iudicio ſe defendens.Et no.qḋ defendere di-
citur qui appellat:etiam ſi ſit originarius actoꝛ qꝛ ſe defendit aduer
4 ſus ſtimulũ ſententie. ¶ † No.practicã ꝓnuntiandi cõtra excõmu-
5 nicatum in iudicio agẽtem. ¶ † No.caſum in quo appellatio cõmit
titur iudici a quo eſt appellatũ.Cauſa quare audiuntur appellãtes
eſt triplex.Primo qꝛ capitulum non eſt capax excõicationis.Scdo
qꝛ ⁊ ſi legati eſſent poterãt ſe defendere:tertio qꝛ delictũ perſone nõ
debet nocere ꝓſequenti actionẽ.s̄.eo.cũ venerabilis.Hoſtiẽ.mediã
6 dicit Jo.an.tenẽdam. ¶ † Ad glo.opp.qḋ valuerit inſtitutio archi
epiſcopi:qꝛ ſi repulit electionẽ eã repulit iuſte cũ inhabilis foꝛet ele
ctus:⁊ poteſtas inſtituẽdi ad eum eſt deuoluta.de elec.cũ in cunctis
So.quidã intelligũt qḋ cauſa repellendi electũ fuerit indignitas ele
cti:⁊ ſi hoc fuit iuſta fuit repulſio ⁊ inſtitutio iuſta: qꝛ hic ſpectat ad
eũ examinare electũ ex quo ad eũ tanqꝫ oꝛdinariũ ſpectat confirma-
tio:⁊ ad eum deuoluitur poteſtas ꝓuidendi ⁊ declarandi eos pote-
ſtate priuatos poteſtas in eo eſt alij intelligũt:⁊ in hoc reſidet gl.qḋ
ideo habuit eũ repellere:qꝛ ad eum ſpectabat vt dicebat ius ꝓuidẽ-
di in dicta eccleſia:⁊ nõ ad capitulũ qḋ apparet.j.per ſentẽtiam dele
7 gati qui pronũtiauit ius eligẽdi ad capl'm pertinere. ¶ † Opp.ꝙ a
ſentẽtia pro ſe lata nõ potuerit capitulũ appellare:qꝛ nõ grauatam
⁊ quia iniquã nõ poteſt dicere ſentẽtiam.de app.interpoſita.⁊.c.vt
debitus.So.plures fuerũt articuli in aliquibus obtinuit in aliqui
bus capl'm ſuccubuit:⁊ in quibꝰ ſuccubuerit nõ apparet.quidã qḋ
ſuccubuit in eo qḋ petebat a parte altera expenſas:⁊ lata fuit abſo-
lutoꝛia ſuper expẽſis.ſcḋm hoc no.qḋ propter ſolam abſolutionem
ab expenſis vbi debet fieri condẽnatio:põt appellari.An aũt ꝑpter
hoc ſolũ appellet qḋ victus nõ eſt ſibi condẽnatus in expenſis ipſo
victo appellante ſuper principali:⁊ quid etiã ſi victus nõ appellat.
vide in Spec.de ap.§.in quibus.ver.xxxiiij.⁊ ver.ſeq.Pet.⁊ Abb.
hic dicunt quod ꝑpter hoc appellare nõ potuit capitulum p.l.oẽm
honoꝛem.C.qñ ꝓuoc.nõ eſt neceſ.dic ſi abſqꝫ appellatione põt is q
nõ habuit condẽnationem expenſarum illam proſequi tunc nõ põt
appellare alias ſic:⁊ hoc qꝛ dedecus eſt iudici:vel ſaltem non honoꝛ:
vt tot ab eo appellationes interponanẽ vt conſeruet:ergo eius ho-
noꝛ excluditur appellatio ꝓſequoꝛ ergo aliquos caſus ſi lata condẽ-
natoꝛia contra reum feratur abſolutoꝛia expenſarũ pro tũc ſiue ap-
pellet reus in principali:ſiue nõ opoꝛtet qḋ actoꝛ appellet ab illa ab
ſolutoꝛia:quia lata abſolutoꝛia niſi illam ſuſpendat in quacũqꝫ in-
ſtantia illam ꝓſequeretur obſtaret exceptio:vt ergo illã releuet opꝫ
quod appellet.ſic poteſt intelligi hic.Scḋs caſus qñ lata eſt ſenten-
tia pro actoꝛe cõtra reum in principali:⁊ obmiſſa eſt condẽnatio ex
penſarum ⁊ reus nõ appellat⁊ licet fuerint opi.veritas eſt qḋ poteſt
actoꝛ appellare.vt no.Specu.in loco preallé.⁊ ibi hoc tenet Jo.an.
in addi.quia adhuc nõ habet aliud remediũ cum nõ coꝛam primo il
lud obtinuerit vel obtinere poſſit.vt.l.tranſacto.de fruct.⁊ lit.expẽ.
nec coꝛam alio iudice ex quo a neutra parte eſt appellatum:⁊ hoc te
nent dñi de Rota ſua conclu.cccxlvij.etiam quando non fuit petita
in libello condemnatio expenſarum quia non eſt neceſſe quod petat
cum hoc facere debeant iudices ex officio.Tertius eſt caſus quan-
do lata eſt condẽnatoꝛia pro actoꝛe contra reum in principali:⁊ cõ-
miſſa condemnatoꝛia expenſarum ⁊ ſuccumbens appellat ⁊ ꝓſequi
tur:⁊ tunc in cauſa appellationis poterit obtinere vt condẽnetur in
expenſis principalis cauſe ex quo nõ fuit condemnatus:⁊ ſic nõ põt
ꝑpter hoc appellare.vt.ḋ.l.omnem.idem ſi appellatus nõ proſequi
tur:ſed appellauit quia appellans poteſt proſequi vbi autem actoꝛ
ſuccubuit in principali:⁊ expenſis:opoꝛtet qḋ ab vtraqꝫ appellet:⁊
proſequatur:quia vna per aliam nõ ſuſpenditur.⁊ hoc no.Archid.
de ap.cum ſi.lib.vj.in glo.ſi.⁊ idem in reo qui in vtroqꝫ ſuccubuit.vt
ibi.Sed ſi actoꝛ ſuccubuit ⁊ abſoluitur a condemnatione expenſa-
rum:vel obmittitur idem qḋ dixi.s̄.in reo.quia hic intellectus diui
nat.Scḋo ponit glo.alium intellectũ quod articulus ſuper quo ab-
ſoluta fuit pars aduerſa a quo appellauit capitulum: fuit ſuper fru
ctibus qui petebantur a clerico qui peti poterant.Tertio ponit qḋ
foꝛte abſoluit inquantum petebatur qḋ nõ haberet vocem cõtradi-
8 ctionis in electione archiepiſcopus. ¶ † Opp.ꝙ nõ debuerit audi
ri capitulum excõicatum proſequens appellationem: quia in prin-
cipali erat actoꝛ:ergo ⁊ in appellationis inſtantia.C.de app.hi qui
ad ciuilia.no.de renunt.in preſentia.repellitur ergo.de iudi.intelle
ximus.quidam dicunt quod capitulum hic erat reus non actoꝛ:ſed
hoc non placet glo.quia ex facto patet contrarium.Primo quia pe
tebant electionem confirmari:⁊ ius eligendi ad ſe expectare.ad hoc
pronũtiatio.ibi.ab impetitione ipſoꝛum abſoluit.ad hoc litera.ibi.
partem aduerſam non eſſe cogendam. ¶ Ad contra reſpondet glo.
quod licet originarij eſſent actoꝛes inquantum petebant:inquantũ
tamen lata eſt ſententia contra eos:quia ſtimulus ſententie irreme
diabiliter ſi tranſit in rem iudi.eis preiudicat appellantes poſſunt
dici defenſoꝛes aduerſus ſtimulum iniquitatis ſententie:que tranſi
ret in rem iudi.⁊ nõ eſſet poſtea remedium merito tanqꝫ defenſoꝛes
iuris ſui ab oꝛe ſententie inique audiuntur.Item quia cuilibet con
demnato propter hoc permittitur appellatio:permittitur ergo pro
ſecutio.Innocen.tenuit hãc opi.dicens hoc patere hos fuiſſe acto-
res nam primo agit capitulum coꝛam archiepiſcopo petendo con-
firmationem:⁊ appellauit ab ipſo quam appellationem poſtea fuit
proſecutus coꝛam ipſo prepoſito.Tertio coꝛam abbate ſancti ſalua
toꝛis:⁊ collegijs petens ſententiam abſolutoꝛiam latam pro aduer-
ſario retractari:ex quo dicit euidenter patere non ſolum reum origi
narium audiri verum etiam actoꝛem ⁊ appellantem:⁊ ꝓſequentem
nõ obſtante excommunicatione.nec obſt.j.c.proxi.vbi exceptio in
qualibet parte litis admittitur:qꝛ excipe hunc caſum:vel dic in qua
libet in principali in qua venit vt actoꝛ non in appellatione in qua
venit ſaltem vt defenſoꝛ aduerſus ſtimulum iniquitatis ſententie:⁊
eſt mirabile ſecundum Innocen.quia ſi actoꝛ vſqꝫ ad ſententiã pro-
ceſſiſſet:poſſet contra ipſum excipi ne iudex ad ſententiam procede
ret cum ſit excommunicatus:⁊ tamen lata ſententia contra ipſum:
a qua appellauit a proſecutione appellationis non poteſt repelli.
ſed hoc ideo eſt:quia ante ſententiam cõtra eum latam ſi repellatur
nullum eſt damnum per iudicem illatum occaſione ſentẽtie que ad-
huc lata non eſt:⁊ ibi non leditur equitas iudicantis ſed poſtquam
per ſententiam queſitum eſt ius alteri parti:⁊ ſibi damnum irroga-
tum niſi appellare poſſet ⁊ appellationem proſequi equitas iudicis
lederetur:⁊ abſurdum immo iniquum eſſet ſi reo vincente foꝛte in-
iuſte actoꝛi victo iniuſte appellationis defenſio negaretur.vt no.s̄.
eodem.cum inter prioꝛem.non placuit Hoſtien.quod actoꝛ in cau-
ſa principali audiretur ꝓſequens appellationem: quia actoꝛ in ꝑn
cipali:actoꝛ eſt in inſtantia appellationis per iura primo allegata.
ideo ſicut in principali repellit excommunicatio ſic ⁊ nunc.Si ergo
vult audiri ſe faciat abſolui ad quod.j.c.j.de offi.deleg.prudentiam
§.ſexta.⁊ ſi tantum tempus tranſeat:⁊ remaneat excõmunicatus.j.
quod potuerit:⁊ debuerit appellationem proſequi ſibi habet impu
tare:⁊ de ſe conqueratur.ff.de mino.l.cum mandato.C.de tranſacti.
l.cum donationis.nam ex quo lapſum eſt tẽpus:nec ſubeſt iuſta cau
ſa ſubueniendum non eſt:⁊ rata manet ſententia.in auſ.de his qui
ingre.ad appella.§.hoc quoqꝫ ſancimus.col.v.ij.q.vj.ſi quis appel
let.j.de appel.conſtitutus.§.fin.Non obſt.hec decre.quia non debet
audiri inquantum appellatio fuit interpoſita a ſentẽtia denegatio
nis confirmationis : quia in hoc erat actoꝛ : ſicut non audiretur in
principali vt dixi:ſed eo reſpectu quo appellauerunt ab inſtitutio-
ne cephi:non debent vt originales actoꝛes ſed rei: quo reſpectu de-
buerunt indifferenter audiri cum in eo ſint propꝛie defenſoꝛes non
actoꝛes:vel ſupple ad text.abſoluit aduerſam partem ſupplet ⁊ ca-
nonicos eoſdem in quibuſdam alijs condemnauit:⁊ ab iſta appella
runt ⁊ ſic erant rei originarij:ſed non placet hoc Joan.andr. quia in
cauſa appellationis non habet locum reconuentio.de munc.peti.
c.primo.de arbit.cum dilectus.prima opiñ.placet Joan.and.quia
hec eſt tex.non cauillando literam.⁊ illam tenet Archid.de except.
pia.lib.vj.nec obſt.de ſenten.excom.per tuas.vbi dato qḋ ſit permiſ
ſum excõmunicato appellare ne condemnare videatur dꝫ petere ſe
abſolui alias repellitur etiam in cauſa excõicationis qḋ eſt plus: qꝛ
illud dꝫ

illud debet intelligi quando appellatio ſpecifice fuit interpoſita in
cauſa excōicationis in qua dicendo ſe poſt appellaſſe fatetur ſe liga
tum merito contemnit ſi nō faciat ſe abſolui: ⁊ quia nō ſtimulat ex-
cōmunicatio que nō tranſit in rem iudi. hic non preceſſit ſententia
ſuper alio que tranſibat in rem iudic. ⁊ ſic ſtimulabat. ⁊ vltra hoc hic
non fatebatur ſe ligatum: ⁊ opponebat hoc ad diſcutiendū non ad-
mitti ⁊ hoc placet: quia hic eſt caſus non diuinando nec literam de-
ſtruendo. Sed eſt dubium. pone qđ lata eſt ſententia pro actore ex-
cōmunicato nunquid valebit illa ſententia. glo. dicit qđ nō: quia in
quantum fertur ſentētia contra actorem tunc habet ſtimulū ſenten-
tie contra ſe vbi lata eſt pro eo nullū hꝫ ſtimulum merito actor fuit
⁊ eſt: ⁊ non defenſor ⁊ ſic non ſubeſt cauſa: ꝑpter quam hic potuerit
eſſe in iudicio: ſed tamen dicit qđ ex toto actio ⁊ ſententia ex ea non
periret: quia eo abſoluto excōicatus agere poſſet per qđ ſentit gloſ.
quod inquantum dicit quod nō valeret intelligit qđ non valeret in
effectu ⁊ procedit glo. in ordinario. de excep. pia. lib. vj. nō in delega
to. de reſcrip. c. j. lib. vj. hoc eſt. quod voluit glo. in ver. ſecus videtur.
vſq; ad ver. licet ergo. per que dicit Hoſti. qđ ſi actio excōicati perit
tempore: q; temporalis eſt valebit iudicium quo ad interruptionem
argu. de iudi. l. ij. §. pe. ad fi. ff. de fer. l. j. §. excipiuntur. ſcđm aliquos.
Sed putat qđ nulla interruptio ciuilis ſibi proderit ꝑ ea que dixit.
arg. ff. de regu. iur. l. quod quis. de poſtu. prela. c. j. ⁊ c. pia. lib. vj. na-
turalis vero que omnibus ꝓdeſt ſibi proderit. ff. de vſucap. natura-
liter. Hoc puto vbi agit corā delegato: alˀs nō video quare nō inter-
rumpat ſicut ⁊ alia acta valent ex quo non opponitur: vel ſi opponi
tur non ꝓbatur ſeu appellatur. de excep. pia. lib. vj. ad hoc quod no.
9 de offi. deleg. cum ſuper. ¶ †Quero. cū in verſi. licet ergo iſte. videt
actorem nō audiendum in cauſa appellationis: quia intendit duo.
Primo caſſationem ſententie in hoc poteſt dici defenſor. Secundo
intendit adiudicationē rei: vel declaratoriam vel condēnatoriam
⁊ in hoc impugnat nō debet ergo audiri inquantū impugnat ne re-
medium ad defendendum trahatur ad impugnandū. ӡ. eo. cum in-
ter. glo. dicit quod inquantū intendunt excōicati finem caſſationis
ſententie ſunt audiendi. ⁊ ſentētia pro eis ꝓmulganda eſt: quia hoc
reſpectu ſe defendunt. inquantum intendunt vltra hoc adiudicato-
riam vel condemnatoriam: vel declaratoriam magis eſt dubium vi
detur quod ⁊ hic obtinere debeant: quia officium eius qui de cauſa
cognouit eſt ſententiare de eo quod cognouit. ff. de iudi. l. de qua re.
⁊ ſic obtinebit excōmunicatus ſententiam: ⁊ ex certa ſcientia pro eo
iudicabitur. dicit quod forte poſſet ſecūdum alios dici defendendam
hanc adiudicatoriam vel cōdemnatoriam vſq; ad abſolutionem ex
quo grauamen eſt releuatū. glo. tenet primam: quia tamen inquan-
tum proſequitur caſſationem non poſſit repelli a lumine iudicij nō
poterit conſtare ipſum excōmunicatum ⁊ ſic nō impedietur pro eo
ſententia ferri ex quo non conſtat: nec conſtare poteſt eum excōmu-
nicatum. fatetur glo. quod inquantum poſtea peteret executionem
ſententie poſſet: quia nunc noniter agit opponi: ⁊ ꝓbari excōmuni
catio: ⁊ impediretur executio. Ad quod de except. pia. lib. vj. ſm gl.
Hoſtien. tenet ſecundam opi. quod non poſſit obtinere condēnato
riam vel confirmatoriam vel declaratoriā: quia in hoc actor eſt ſicut
in principali ⁊ quia impugnat. Jo. and. dicit opi. glo. procedere in
appellatione a diffinitiua. In appellatione ab interlocutoria ꝓce-
dit ſecunda opi. ⁊ quod dicit Hoſti. vt finita appellatione ab inter-
locutoria ſi proſequitur negotium principale: obſtet exceptio excō
municationis: quia tunc non opponitur appellationi: ſed negocio
principali ſm Vincē. ⁊ eſt cauſa: quia in appellatione a diffinitiua
ſimul ꝓſequitur caſſationem: ⁊ appellationē cum negotio principa
li. Sed in appellatione a ſententia interlocutoria articulus oppoſi-
tionis in congregatione ſeparatur a negotio principali: ⁊ principa
le a negotio appellationis ad qđ de app. non ſolum. lib. vj. vnde pri
mo caſu cōmixtio oppoſitiōis cū negotio principali in appellatio
ne interpoſita a diffinitiua potius ꝑpter iniquitatem grauaminis
ſaltem iuris: ⁊ ſi nō iudicis animo audiri faciat excōicatum ſup prin
cipali q̄ ꝑpter principale illi cōmixtum illum excludat a ꝓſecutio-
ne grauaminis. Ad hoc de preſcrip. ſacris. ⁊ ibi no. C. de rei vxo. ac.
l. vnica. in princ. C. cōia. de leg. l. ij. de offi. deleg. ſi duo. lib. vj. in gl. ij.
Cal. tꝫ qđ pro eo nō dꝫ ferri ſentētia: q; ex quo pōt ſeparari articulꝰ
condēnatorie vel actus aut adiudicatorie ab ipſa caſſatione nō ſub
eſt cauſa quare hic ꝓhibitum permittat ratione connexi cū neceſſa
rio nō conſequat ad ꝓmiſſum ⁊ ſeparari poſſit: ⁊ q; hoc reſpectu im
pugnat. vt in. c. cum inter. ⁊ ſi caſſando ſententiam videt condēnare
dicit qđ dꝫ declarare qđ non facit animo condēnandi eo q; conſtat
eum excōmunicatum huic aſſentire vident dñi de Rota ſua conclu.
clxxix. vbi quod plus eſt dicunt qđ pro reo contumace lꝫ poſſit fer
ri ſententia abſolutoria nō adiudicatoria per. c. cū inter. ӡ. e. ad hoc
l. quāuis indubitati. C. de adult. in ratione ſui. ⁊ de appel. per tuas.
Ad hoc q; appellans aliquo reſpectu dicit actor quo ad proſequen
da contraria. de ap. ſollicitudinem. ad hoc glo. de offi. deleg. ſi a ſub-
delegato. lib. vj. hoc puto verū ſi reus a principio opponat cum non
audiendum inquantū velit obtinere condēnatoriam vel declinato-
riam. Opi. glo. eſt vera quādo expectat concluſionē in cauſa anteq̄
opponat: quia tunc nō pōt excipi vel ꝓbatio fieri. de ꝓcur. auditis.
Conclude ergo ſi excōicatus eſt reus in principali ⁊ appellatꝰ quia
obtinuit planum qđ auditur: q; defenſor ⁊ reus eſt ſi eſt reus origina
rius: ⁊ appellans idem q; reus eſt originarius: ⁊ defenſor aduerſus
iniquitatē ſententie. Si eſt actor originarius: ⁊ appellatus ꝓcedunt
predicta tangit Archi. de excep. pia. lib. vj. in verbo iudiciorū. ⁊ vide
tur qđ non ſit audiēdus: q; iudiciū per hoc nō eſt leſum: nec ius ſuū
cum habeat ſententiā pro ſe qđ ſecus eſt quando eſt appellans. arg.
ff. de pigno. l. grege. §. etiam. ff. de regulis iur. l. nō ſolent. ⁊ hꝫ aliud
remediū: q; appellante non ꝓſequente rata manet ſentētia. C. de tē
po. ap. l. vltima. in fi. ij. q. vj. c. j. qui tenet hic. quod placet Jo. an. hoc
puto clarum inquantū nō eſſet ſpecifice vocatus. alˀs poſſet eſſe du-
bium. qđ not. ӡ. eo. dilecti. ſed tene primū: q; ibi loquit quando erat
reus: lꝫ voluntariꝰ hic actor erat vnde repellitur inquantū petit cō
firmari: vel executioni mandari. vt ibi no. Jo. an. ⁊ Archi. qđ proce
dit etiā in exceptione per ſtatuta vt bannitus nō audiat. vt not. in
Spec. de ſen. exc. §. poſtremo. ver. xvj. in addi. per Jo. an. hec vera in
quantum nō ꝓſequitur appellans: ſed ſi ꝓſequeretur bene poſſet ap
pellatus eſſe in iudicio: q; eſt defenſor ſentētie pro ſe late ſicut pōt ꝓ
ſequi actor cōuentus actione ex. l. diffamari. vel per aut. qui ſemel.
10 C. quō ⁊ qñ iud. q; neceſſario agit tunc. vt not. in. c. ſeq. ¶ †Ex hoc
deciditur quid ſi ꝓcurator alicuius qui egit principalem cauſam a
ſententia cōtra ſe lata appellat: ⁊ ſtatim ab aliquo cōpetenti iudice
excōicatur an poſſit appellationē proſequi: quidā qđ ſic: q; aliter le-
deretur iudicantis equitas. Alij contra q; ⁊ ſi procurator poſſit ꝓſe
qui nō arctatur ad hoc de neceſſitate. C. de ꝓcur. l. inuitus. de ꝓcur.
non iniuſte. §. fi. j. reſpō. ⁊ ſic ipſi vt voluntario obſtat exceptio: quia
voluntarie ſe in gerendo cōmunioni hoim peccat: ⁊ peccant cōmu-
nicantes ei. de cle. exc. mi. illud. §. illud aūt. ⁊ cū hec fiant coram iudi
ce hoc ſciente: peccat etiā ipſe iudex qui pōt ipſum repellere a pecca
to ⁊ non repellit. j. c. j. ij. q. vij. negligere. ⁊ not. de offic. deleg. c. j. dicit
Innocen. primo quod procurator pōt proſequi non obſtante excō-
municatione: quia non peccat ſeruando fidem dño cui eam promi-
ſit: quia licet ius eum abſoluat a proſecutione neceſſaria: tamē quā-
tum ad deum etiam nudum pactum ſeruare cōpellitur. de pac. c. ij. ⁊
iij. ¶ Recitat alios diſtinguere an ſimpliciter ſit ad cauſam cōſtitu-
tus: ⁊ tamen cenſeatur ſuſcepiſſe ſolum quo ad appellationē vel in-
ſtantiam: ⁊ non quo ad proſecutionem procedit prima opi. vt repel
latur: ⁊ idem ſi ſuſcepit expreſſe ſolum quo ad inſtantiā. Si autem aſ
ſumpſit cauſam quo ad ꝓſecutionē appellationis: tunc ꝓcedit ſcđa
opi. quia ex neceſſitate proſequitur. ¶ Vltimo concludit Hoſtien.
qđ etiam ſi proſecutionē ab initio ſuſceperit nō poteſt proſequi ob-
ſtante excōmunicatione. Nā vel expreſſe promiſit proſequi nō obſtā-
te excōicatione: ⁊ turpis eſt promiſſio ꝑpter periculū animarū: ⁊ ſic
nō eſt obſeruāda. xxij. q. iiij. in malis. ⁊ no. de pac. c. ſi. ſimpliciter pro-
miſit ſe appellationē proſequi ſtatu ſuo ſic mutato nō tenetur: quia
iuramentum etiam ſic preſtitum hāc conditionem recipit ſi ſtatus
non mutetur: vt no. ӡ. de iureiuran. quēadmodum. Nō ob. principa-
lem poſſe proſequi: quia ipſum ſimulat ſententia nō procuratorem.
¶ Non obſtat quod hic ledatur equitas iudicantis quia nō leditur
cum principalis poſſit proſequi. de ſe ergo conqueratur. qui poteſt
proſequi: ⁊ non de procuratore: qui proſequi poteſt. ¶ Ex hoc deci-
ditur an ſi quis appellat nomine meo extra iudicium: ⁊ is cuius no-
mine eſt appellatum ipſam ratificauerit: an is qui appellauit poſſit
illam proſequi: ſi eſt excommunicatus. tenet Innocen. quod non: q;
talis appellatio obtinet vim actionis ſed etiam ſi excommunicatus
non ſit adhuc etiam ſine nouo mandato ipſam proſequi non poteſt
ſecundum Inno. Idem dicit in appellatione extraiudiciali pro ſe in
terpoſita quia illam proſequi non poteſt cum ſit actio vel ad cauſam
prouocatio de appel. cum ſit romana. contra no. ӡ. de ma. ⁊ obe. dile-
cti. ¶ Quid dicendum dixi. ӡ. eo. cum inter. ⁊ no. Joānes. and. ⁊ ar-
11 chid. de exceptio. pia. lib. vj. in verbo iudiciorū. dic vt ibi no. ¶ †Ex
his deciditur an excommunicatus poſſit petere reſtitutionem in in
teg. aduerſus ſententiam a qua nō appellauit: Dicit Inn. aliquos
dicere. quod ſic. aliquos contra. dicit quod ſi petat reſtitutio ex clau-
ſula generali qua probata: niſi ſubueniretur damnum pateretur in-
nocens: vel periclitaretur: anime ſubueniendum eſt. ӡ. eo. cum inter.
§. j. de reſti. in inte. ex literis. vbi vero petitur reſtitutio ex ſolo fauo-
re dependens illa repellitur cuꝫ de iniquitate iudicis vel iniuſta ſen
tentia non cōqueratur. ff. de mino. l. prefecti. Non ob. ӡ. e. cum inter:
quia equitas hoc ſuadet vt hi qui ſunt excluſi a participatiōe eccleſie
repellantur ab omni legum fauorabili auxilio. in aut. de priuilegio
denuo preſtan. circa med. colla. viij. imputet ergo ſibi ſi non appella
uit. Hoc tenent domini de rota ſua conclu. ccccxlij. vt principaliter:
non petat: ſed ſi velit reſtitui ad appellandum tunc dicunt quod ad-
mittitur quia vt preambulum quoddam incidenter petitur: et quia
omnia ordinātur in finem defenſionis ergo ⁊c. de ſpō. omnino. ⁊ ma
xime in cauſa matrimoniali in qua vertitur periculum anime qđ di-
cit verū maxime vbi ꝓ cauſa ſpecifica illa. ſcꝫ fuit excōicatꝰ. ¶ †Ex
predictis patet quid ſi cōqueraꝰ de ſniaceñſure pꝫ qđ cum hic verta
tur periculum anime ſemper ſubueniendū eſt: nam ⁊ tales ſnie non

tranſeunt in rem iudi. de appel. paſtoralis. ⁊ contra eas etiam audi-
tur allegans turpitudinem ſuã. j. tit. ij. lator. ⁊. c. tenor. ⁊. c. cõſangui-
nei. tum qꝛ omne vinculũ legis conſuetudinis vel iuramenti ceſſat:
ex quo periculum animarum inducit. vt not. de preben. extirpande.
13 ¶ † Ex his deciditur an audiatur impetrans vel proſequens ſuper
nullitate: dicit idem vt audiatur. Idem no. j. ti. ij. quod ad conſulta-
tionem: qꝛ omnis defenſio reſeruatur excõmunicato inter quas eſt
remedium nullitatis: ergo hec non eſt excluſa. de maio. ⁊ obe. ſolite.
ad fin. item ſi ſe defendit appellando vbi ſententia eſt aliqua fortius
quando nulla. de elec. cũ in cunctis. qui fi. ſint legi. per venerabilem.
¶ Non obſt. qꝺ dicatur agere: qꝛ immo aduerſus iniquitatem iudi
cis ſe defendit. Non ob. ſi dicit aliud in appellatione vbi ſi non pro-
ſequitur nullum reſtat remedium lapſis temporibus. de appel. ex ra
tione. ⁊. c. oblate. Aliud cum queritur de nullitate quo caſu ius excõ
municati ſaluum manet cũ ſententia nunquã tranſeat in rem iudi.
poſſet enim ius ipſius perire cum lapſu temporis apparente ſentẽ-
tia. vt lite nõ conteſta. quoniã. j. reſpõ. ⁊ de renun. in preſentia. poſſet
etiam de facto in nõ modicum grauamen ipſius executioni manda
ri: ergo ſubueniendũ eſt ante tempus ne cõtra iuſtitiam opprimať.
de ſer. non ordi. c. j. cum concor. Contrariũ determinat Io. and. per
decre. vnicam. de reſcrip. lib. vj. ⁊ videtur hec de exceptionibus. que
poſſent opponi ne mandetur ſententia executioni. de quibus. j. tit.
ij. qꝺ ad conſultationem. ad fi. ad hoc glo. ſ. de offi. ordi. ſignificauit.
Ex hoc puto qꝺ petens laudũ reduci ad arbitriũ boni viri audiatur
⁊ ſimiliter petens retractari ſententiã: que nõ tranſit in rem iudica.
quia ſe defendit aduerſus ſtimulũ ſententie ſtimulantis: ⁊ periculũ
eſt vltimo caſu anime. Ad quod illud qꝺ ſcribit lapus ſua alleg. lvij.
adducit. quod no. de reuocatione tenute. ſ. eo. cum inter. ⁊ quod no.
j. l. de pupillo. §. ſi. de ope. no. nunt. idem puto quando conqueriť de
ſententia nulla quo ad veritatẽ: licet aliqua quo ad opi. vt. ſ. eo. cuꝫ
venerabilis. quia opi. ſtimulatur. idem ſi proſequeretur nullitatem
per viam appellationis qꝺ poteſt. de iudi. c. ſi. j. de appella. dilecto.
¶ Ex hoc apparet an excõmunicatus ſi nõ audiatur excipiẽs poſ-
ſit impetrare ſuper hoc quod nõ audiatur dicit Io. an. qꝺ nõ inquã
tum impetrat ad alium iudicem. alˀs poſſet impetrare in vti. poſſi.
quia moleſtatur: ⁊ quia de carcere nõ relaxatur ⁊ ſpoliatus etiã poſ
ſet impetrare inquantum a iudice eſt ſpoliatus: ⁊ ſic magnam dare-
mus multitudinem caſuum in quibus excõicatus audiretur contra
illos ſcriptos in. c. j. de reſcrip. lib. vj. dic vt ibi habetur per Io. and.
¶ Ultimo inquantum decre. dicit hunc audiri appellantẽ eſt verũ
in excõmunicato an nõ denegatur audientia: ſed defenſio. ſi aũt ſibi
ſimpliciter denegaretur audientia: tenet Archid. eum nõ audiri ap
pellantem. xvj. q. vij. ſi quis deinceps. qꝺ eſt no. ⁊ fuit dictum Bart.
14 brixien. ⁊ ponit in verbo audientia. ¶ † Oppo. qꝺ non debeat fieri
remiſſio ad iudicem a quo iuſtificata appellatione. de app. accepta.
⁊. c. interpoſita. Sol. qꝺ hic fuit remiſſio de partium volũtate. alias
non fieret remiſſio. vt dicto. ca. interpoſita. §. ij. idem philo. ⁊ hoc di-
cit tenendũ: licet alij dicant qꝺ hic iudices non grauauerant: ⁊ iniu
ſte fuerat appellatum: vel quia cõmuni conſenſu fuerant impetrati.
arg. de regu. iur. c. j. vel grauauit in repellendo proceſſum coram ſe:
vbi procedi debebat merito vt grauamen per eius oppoſitũ repara
retur ſit ad eum remiſſio. Ad qꝺ de prebend. dilectus filius vltimo.
Et no. dñi de Rota ſua conclu. lxxxiij. Anto.

1 ☞ Exceptio excõicationis põt in qualibet parte litis actori obij-
ci. nu. 3. ſecus in appellatione. nu. 9.
2 Exceptio dilatoria eſt opponenda ante litem cõteſtatam ⁊ quid de
alijs. nume. 15.
4 Exceptio peremptoria doloſe tacita ⁊ obmiſſa nõ põt opponi etiã
in cauſa appellationis.
Fallit in excommunicatione.
5 Excipere doloſe obmittẽs ad proceſſum dãnatur in expẽſis. nu. 10.
Fallit ſi ex iuſta cauſa obmittat. nu. 8.
6 Excõmunicatus publice repellitur ab officio.
7 Cum excõicato participans peccat mortaliter.
10 Excõicatus lꝫ nõ poſſit in iudicio impugnationem conſequi ſentẽ
tiam tamen condẽnatoriam expẽ. põt obtinere vbi exceptio dolo-
ſe fuit per eius aduerſariũ tacita ad quos agere non poterit niſi pre
habita abſolutione ⁊ an dicta condemnatio habeat indiſtincte lo-
cum. numero. 12.
11 Excõicatio an ⁊ quando ⁊ quas perſonas in iudicio repellat.
12 Exceptionem doloſe obmittens quod in expenſis damnetur q̃ ſint
ille expenſe ⁊ an dicta expenſarum condemnatio habeat locum in-
diſtincte.
13 Excõicatum an debeat iudex ab agendo repellere ex officio ⁊ ſi non
repellat an poſſit appellari.
14 Excõicatus ſi porrecto libello deſiſtat ab agendo an poſſit compel-
li per reum vt agat.
15 Exceptiones omnes quando ⁊ quo tẽpore debeant in iudicio pro-
poni etiam ſi ſit dilatoria ſolutionis peremptoria vel dilatoria.
16 Proceſſus an dicatur nullus ratione obmiſſionis exceptionũ ſiue
fiat per maliciam ſiue non.
17 Proceſſus cum occulte excõmunicato an ſit nullus.
18 Sententia quando dicatur publice lata.

1 Exceptionem. ¶ † Reus in qualibet parte litis excõicationis exceptio-
nem obijciens actori auditur etiã ſi malitioſe diſtulerit: ⁊
in expenſis condẽnatur: ⁊ dato qꝺ nõ excipiat publice ex
cõmunicatum iudex repellet. h. d. Prima pars ponit dictũ qꝺ ſpe-
ciale: ⁊ exponit primo cauſam. Scda. ibi. qꝺ ſi puniri iubet reum do
loſum. Tertia incipit ſine ope exceptiõis publice excõicatum repel
2 li. ibi. excõicatus. ¶ † No. certum tẽpus dilatoriarum vt ante litem
3 conteſt. poſſint ⁊ debeant opponi nõ poſt. ¶ † No. ſpeciale in exce-
ptione excõicationis vt in qualibet parte litis poſſit opponi etiam
ſcienter obmiſſa. ⁊ no. cauſam. ſ. periculũ anime: ⁊ ſic cauſa repellẽdi
eſt ſucceſſiua: ⁊ momẽto nõ cõſumitur cũ quotiẽs cõicat ⁊ quotiẽs
ius cõicãdo peccať ſurgat in opponẽdi. Ideo põt qñcunqꝫ opponi.
vide qꝺ no. de reſcri. dilectus filius. l. ſarracenus. ⁊ But. C. de adul.
4 adulteram. ¶ † No. ꝙ obmiſſo exceptionis doloſe obmiſſa nõ põt
regulariter opponi tẽpore quo alias poſſet ꝓpter dolum. Fallit in
excõicatione per que dicit Hoſti. de re iudi. inter monaſteriũ. qꝺ ex
ceptio perẽptoria doloſe obmiſſa nõ põt opponi in cauſa appella-
tionis. vide ad hoc glo. in dicto. c. inter. ⁊ glo. de reſcrip. ad audien-
5 tiam. ¶ † No. penam obmittentis excipere ad ꝓceſſum doloſe vbi
poteſt: ⁊ poſtea opponentis: qꝛ damnatis in expenſis qñ proceſſus
eſt inutilis. Ex hoc not. qꝺ ſcdm hec tẽpora proceſſus habitus cum
excõicato etiã coram ordinario erat nullus. alˀs cum ꝓceſſus nõ fuiſ
ſet inutilis nõ haberet locum condẽnatio expenſarũ hodie de ꝓceſ-
ſu corã delegato. hic vt de reſcrip. c. j. lib. vj. in ordinario. de excepti.
6 pia. eo. lib. ¶ † No. publice excõicatum de officio repellendũ nõ oc
culte: ⁊ ſic de inhabilitate publica actionis ſupplet de facto iudex.
7 ¶ † No. arg. ꝙ cõicare excõicato eſt peccatũ mortale. de quo in. c. ſa
8 cris. qꝺ me. cau. ¶ † No. ꝙ condẽnatio expenſarũ demum locuꝫ hꝫ
qñ doloſe obmiſit ſecus ſi ex iuſta cauſa: qꝛ tunc nõ habebat ꝓbatio
nes in promptu ſcdm Innocẽ. arg. ff. de eden. l. argentarius. §. pe. ſcdm
9 Hoſti. ¶ † Oppo. ꝙ nõ opponať in qualibet parte litis: qꝛ nõ in cã
appellationis. ſ. c. pxi. So. intellige principalis vel in qua: ⁊ quate
10 nus agit nõ appellatiõis: vel in qua ⁊ quatenꝰ ſe defendit. ¶ † Op.
ꝙ non debebat ſententia ferri condẽnatoria expenſarũ pro excõica
to: quia in iudicio impugnationẽ conſequi nõ dꝫ. ſ. c. cũ inter. Sol.
ſpeciale eſt hic. ne cõtumacia rei ⁊ dolus remaneat impunitus. pro-
pter hoc quidã volunt dicere qꝺ ſi nõ denegatur excõicato condẽna
tio expenſarũ: multo minus denegabiť cõdẽnatio in principali. qꝺ
facit ad no. ſ. c. pxi. ⁊ hoc conſiderata equitate iudiciorum. ſcdm Inn.
ſ. c. cum inter. Dicit tamen Hoſti. qꝺ ⁊ placet Lan. qꝺ licet fiat cõ-
demnatio hic expenſarũ ad ipſas non poterit agere excõicatus do-
nec fuerit abſolutus vel ſcdm eũ ⁊ hoc ſpeciale in penã doloſi: nec eſt
dubitandũ de peccato ex quo ſit autoritate pape ⁊ iuris. xi. q. iij. qm̃
11 xxiij. q. ij. qui peccat. de quo. j. c. ſi. in fin. ¶ † Quero an ⁊ qñ ⁊ quas
perſonas excõicatio repellat in iudicio. dic partem reijcit quelibet
excõicatio ſiue preceſſerit: ſiue ſuperuenerit pendente iudicio: ⁊ ſi ſu
peruenerit poſt litem cõte. poteſt tamen ab ea etiã delegatus abſol
uere. de offi. deleg. prudentiam. §. ſexta. ⁊ admittitur in tantũ exce-
ptio contra actorem: vt pro eo impediat ſententiã ferri: ſi tamen fe-
rat tenet: ⁊ non inficitur ſententia ſed impeditur excõicatio. de excep.
pia. lib. vj. Reus aũt excõicatione non repellitur: ⁊ pro eo promul-
gari debet ſententia: nec dꝫ excipi contra ſententiam pro eo latam:
vt in. c. cum inter. ſ. eo. ti. ⁊. j. c. ſi. qꝺ intellige inquantum eſt abſolu-
toria. de condẽnatoria dixi. ſ. c. proxi. Nec peccat actor petendo reꝫ
ſuam ſi participat excõicato. de iudi. intelleximus. de ſen. excõ. ſi ve-
re. ⁊. c. inter alia. item nec reus qui de mandato iudicis litigat cum
excõmunicato: quia ſi actori licet cõmunicare excõmunicato: vt con
ſequatur ius ſuũ hoc fortius reo vt euitet dãnum cauſe: ⁊ expenſaꝝ
iudici. xi. q. iij. qm̃. ⁊. d. c. ſi vere. ſcdm Inno. ſed Hoſti. dicit ⁊ male. ſcdm
Io. and. qꝺ erroneum eſt hoc vltimũ dictũ: qꝛ dicit qꝺ nõ inuenit qꝺ
excõicatus publicus poſſit agere: imo ⁊ ſi reus non excipiat eſt iudi
cis officio repellẽdus niſi in cã appellationis. j. c. ſi. vel ſe defendẽdo
ſ. eo. cũ inter priorẽ. §. i. ſed addere dꝫ qñ agit excõicatus ſuper iniu
ſta excõicatione. vt. c. j. de reſcrip. lib. vj. ⁊ tunc dicit qꝺ ꝓcedit dictũ
Inno. hoc nõ placet: qꝛ tunc dꝫ facere ſe abſolui ante ingreſſum. alˀs
nõ auditur. de ſen. exc. per tuas. Item dicit Io. an. qꝺ qñ etiam pu-
blicum nõ repellit iudex tenet ſnĩa pro eo: lꝫ ſi petat executionẽ ob-
12 ſtet exceptio. vt. ſ. dixi. ¶ † Quero in quibus expẽſis dãnabitur hic
reus obmittens exceptionẽ. dic ſi obtinet excipiẽs danabitur in oĩ-
bus expẽſis factis p actorẽ dũ ipſe ſiue reus ꝓduxerit ꝓbationes ſu-
per alijs exceptionibus: vel ſup principali vel quocunqꝫ alio modo
vſqꝫ ad tẽpus quo ꝓpoſita fuit excõicationis exceptio ille enim fru
ſtratorie facte ſunt ex malitia rei differẽtis opponere exceptionem:
ſed nõ dãnabitur reus ad expẽſas quas fecit actor durante ꝓbatio-
ne exceptionis dũmodo reus illas ꝓbet: qꝛ in hoc nõ vexauit actorẽ
qꝺ apparet ex ſentẽtia pro ipſo lata. arg. C. de iudi. l. rem nõ nouam.
Si vero

FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Si vero reus deficiat in ꝓbatione exceptionis:tũc cõdemnabitur
ſolum in illis expenſis que occaſione illius facte ſunt ⁊ non in alijs:
qꝛ nõ ſunt inutiles actori et omnia valent ac exceptio ꝓpoſita non
fuiſſet. ¶ Quero an indiſtincte habeat locum hec condemnatio ex-
penſarum. Hoſtiẽ. dicit qđ habet locum quando actor ignorabat ſe
excõmunicatum ⁊ reus ſciebat:puta qꝛ dum eſſet ab his excõmuni-
catus eſt publice. de ap. cum ſit romana. ſed ſi sciuiſſet actor ſe excõ-
municatum. putat Hoſtiẽ. pe. ⁊ ab. cõdemnationem nõ faciendã:cũ
dolus dolo compenſabitur:⁊ culpa culpe. ff. de dolo. ſi duo. de com-
pen. ſi ambo. de adul. c. pe. ⁊ fi. ad hoc qđ no. j. c. pe. legitime aũt ſunt
13 expenſe taxate ⁊ iurate. de ꝓcura. auditis. ⁊ c. cõſtitutus. ¶ † Quid
ſi iudex vbi poteſt ex officio non repellat:an poterit appellari. dicit
hic Jo. an. qđ nõ ſm pe. de quo in ſpe. de offi. iudi. §. impedit. in ꝓn
ci. de quo dic. vt de poſtu. prela. bone. j. ⁊ l. iiij. §. hic autem iudiciũ
14 ff. de dam. infec. per Bar. ¶ † Quid ſi actor excõmunicatus deſiſtat
ab agendo porrecto libello ⁊ facta citatione:poſtea rurſus velit vt agat
in iudicio. per aut. qui ſemel. C. quomodo ⁊ quando iud. an poterit
cõpelli vt agat. Jnno. dicit qđ ſic. ad hoc. ſ. de dolo cauſaꝫ. C. de epi.
⁊ cle. idem videtur dicendum:etiam ſi reus nundum fuerit ab excõ-
municato cõuentus:ſed timet ab eo cõueniri. argu. C. de inge. ma. l.
diffamari. qui ſi. ſint legiti. lator. alias qđ inductum eſt in odiuꝫ ex-
cõmunicati retorqueretur in fauorem. ⁊ qđ dictum eſt in fauorẽ ex-
cõmunicati retorqueretur in odium. cõtra id. C. de legi. l. qđ fauore.
15 de reg. iur. qđ ob gratiam. lib. vi. ¶ † Ad glo. glo. tangit materiam
quando ⁊ quo tẽpore habeant exceptiones proponi. ¶ Ad cuius eui-
dentiam premitte qđ quedam ſunt exceptiones peremptorie dicte:
qꝛ perimunt actionẽ:⁊ tangunt negotium principale quedã dilato-
rie:qꝛ differunt actionem ad tempus ⁊ nõ perimũt. Peremptoria-
rum quedam nõ reſpiciunt ſubſtantiã obligationis ⁊ actionis:que-
dam ſolam exactionẽ vel executionẽ dilatoriarum:qđam reſpiciũt
rem deductam in iudiciũ:quedam perſonas in iudicio litigantes:⁊
harũ quedam reſpiciunt iudicem. quedam partem. primo eſt dubiũ
quãdo ꝓnuntiantur declinatorie contra iudicem. glo. dicit qđ ante
omnes alias exceptiones ſunt ꝓponende vt recuſatio cõtra iudiceꝫ
vel ſurreptio cõtra reſcriptum. vnde qui illam admittit tranſeundo
ad aliam:ad illã poſtea nõ poteſt redire:quia litigando coram ipſo
